

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 142. Vota consultiva, adversante Papa, sæcularibus concessa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Joannes Concilii sententiam rebus suis **sæcul. XV.**
 haud ultra propitiam fore præsentire cæ- **A.C. 1415.**
 perat; plures enim particulares habe-
 bantur Congregationes, ad quas, cum e-
 ius integritas Patribus suspecta esset, non
 vocabatur, quamvis per suos emissarios
 auro muneribusque corruptos exactam
 eorum, quæ acta fuere, hausisset noti- **Niem apud
Vander
Hardt tom. 2**
 tiam; plura quoque vulgabantur scripta, **p. 389.**
 in quibus liberiori calamo illius mores
 carpebantur, interque eos Cardinalis Phi-
 lastrius libellum composuit, in quo trium
 omnino Pontificum abdicationem ceu re-
 liquis omnibus optimum pacis medium
 validissimis urgebat argumentis. Cum
 autem Papa vehementer de eo conque-
 stus esset, tantum absfuit a virili Cardi-
 nalis hujus constantia, ut scriptum hoc
 suum esse negaret, quin potius coram i-
 pso Pontifice se illius Auctorem esse, ac
 pro bono pacis illud elucubrasse, ingenue
 profiteretur. Hisce Joannes summopere
 perterritus, omni quidem studio, absque
 ullo tamen successu partes suas augere ac
 roborare contendebat.

§. CXLI.

*Vota consultiva, adversante Papa,
 sæcularibus concessa.*

Quemadmodum complures in Conci-
 lio numerabantur Doctores sæcu-
 lares,

Sæcul. XV. lares, quibus suffragium consultivum da-
A.C. 1415. re permittebatur, hi autem, eoquod Cle-
 ricalibus Ordinibus adscripti non essent,
 eo ampliori libertate mentem suam ape-
 rirent, quo minus a Papa gratias & fa-
 vores sperarent; ideo Joannes præcepit,
 ut Synodus ex solis Cardinalibus, Archi-
 piscopis, Episcopis, Abbatibus, Ordinum
 Generalibus, aliisque ejusmodi dignitate
 fulgentibus Ecclesiasticis conflaretur.
 Attamen hoc præceptum plurimorum
 nimos graviter offendit: & omnium qui
 dem primus Cardinalis Cameracensis se-
 fe opposuit, libello hanc in rem Patribus
 oblato. Philastrius quoque Cardinalis
 adversus idem Pontificis mandatum ca-
 lamum strinxit; unde horum prævaluunt
 sententia, non sine ingenti Pontificis moe-
 rore, eoquod Prælatorum suorum auto-
 ritatem superari cerneret a potioribus suf-
 fragiis tam plurimorum Doctorum sœcu-
 larium, quam Deputatorum, quos Reges,
 Principes, Republicæ, Academiæ, cete-
 rœque Communitates ad Synodum mi-
 ssissent, qui tamen omnes Clericali mili-
 tiæ non erant adscripti, licet doctrina
 conspicui saniora foverent consilia.

§. CXLIII.
*Decretum de suffragiis in omni Sessione
 publica per Nationes ferendis.*
Acceperat Pontifici nova doloris causâ,
 eoquod